

Valfagonia

202-24-2

carros y Centellas  
Baronia de Cenelles  
Canovas y Lamalig  
deg. P n. 15

ha. 27 de enero de 1610.

# Sentencia

dada por la R. Audiencia  
de la colonia por la qual se declara  
que no se <sup>permite</sup> tocar, ni pertenecer a las d. Sra.  
na de Ocaña y Cenellas, o a sus

viudas, ni a sus hijos en su nombre, el  
lugar, honor, y Baronía de Cenellas, contados  
sus derechos, y pertenencias: en fuerza del víncu-  
lo, y fideicomiso, hecho por el S. D. don Juan  
Abuelo en su testamento, y devuélcel adjudicar,  
como se le adjudica con pleno derecho: pronuncia-  
da por Agustina Canzalario en Zaragoza:  
a 1610.

2

Sententia sobre la Sanción  
de Centelles



Iesu Christi nomine humiliter Inuocato.

Jn 28 y Catt  
en 677

# REGIA CONCLVSIO CONTINVATA IN LI- bro conclusionum R. Audientiæ anni 1600. recondito, & custodi- to in Regio Archiuo.

DIE VNDECIMO APRILIS 1600. BARCINO-  
ne in Regia Audientia Aulæ Reuerendi Cancellarij, &  
eo præside, qui non votauit: quia non interfuit  
lecturæ processus, interuenierunt  
tamen sequentes.

Magnifici Ioannes Castello Relator  
Iosephus Dalman.  
Hieronymus Seniust,  
Hieronymus Torner.  
Salvator Fontanet non votauit ex causa.

**N** facto causæ vertentis in Regia Audi-  
entia inter egregium don loachimum Carròs  
& de Centelles Comitem Quirræ ex vna: &  
nobilem Annam Carròs & de Centelles,  
seu ipsius curatores, & spectabilem domnā  
Violantem à Cardona, & de Centelles par-  
te ex altera, facta relatione per Ioannem Castellò R. A. D.  
& dictæ causæ Relatorem.

A

Ei

<sup>2</sup> Et Primo quo ad articulam an sit ferenda sententia super possessorio, an vero, & etiam super petitorio.

**A**TRETO, quia causa fuit euocata ad R. Audientiā, die 21. Nouembris 1586. super possessione, & fuit protestatū pro parte nobilis domnæ Ioannæ de Carròs & de Centelles, & spectabilis domnæ Violantis à Cardona & Centelles sororum, in primo ex articulis oblatis pro earum parte tertio loco die 28. Aprilis 1587. quod non intendebant in gradu merita proprietatis, & cum prouisionibus, & regijs sententijs in hac causa factis, & latis in rem iudicatā transactis, expositum, & dictum est, sententiam diffinitivam esse super iuditio possessorio, & quamvis partes videantur ingressæ ad merita proprietatis: quia tamen illud esse potuit ad confortandum possessionem, quia etiam fuit petitum benefitium restitutionis in integrum pro parte curatorem dictæ nobilis domnæ Ioannæ de Centelles, morbo dementiæ laborantis, die 18. Ianuarij 1595. si quid contra prædictam præstationem actum erat. His & alijs meritis processus attenitus, & aliæ fuit conclusum, quod concedatur dictum benefitium restitutionis in integrum imploratum, & eo concessso, declaretur sententiam in causa ista ferendam esse tantum super possessione, non vero super proprietate: imò ad illā reseruandum esse ius illæsum partibus in alio iuditio, si quod eis competit.

Iam vero quo ad possessionem prætensam in vim vinculorum prætorum pro parte dicti egregij don Ioachimi Carròs de Centelles Comitis Quirræ, ex testamento Eymerici de Centelles antiquioris 8. kalen. Decembris 1336. & ex donatione facta per Gilabertum de Centelles, die prima Ianuarij 1362. Eymérico filio suo: Attento licet constet dictum Eymericum de Centelles antiquorem in dicto suo testamento vocasse primo loco filios suas masculos, & in defectu filiorum suorum Gilabertum de Centelles militem dominum, qui dicebatur Castrí de Nulles consanguineum suum si vixerit,

rit, & hares esse nollet, disposuisse quod bona, qua ei dimittiebat, reueterentur alijs filijs, masculis tamē, & de legitimo, & carnali matrimonio procreatis in ordine religionis non ingressis, sic videlicet filio primo nato dicti Gilaberti. Et si dictus filius Gilaberti primo natus, decederet sine filijs legitimis ad etatem perfectā non venientibus, quod bona, qua eis dimittiebat, reueterentur alijs filijs suis, masculis tamē, & ex legitimo matrimonio procreatis, gradatim & successius, & fuerit dictus testator progressus ad alios gradus substitutionū, vocando semper masculos, cū onere assumendi nomē & vexillū de Scintillis, propter hæc, & alia in dicto testamento continentur, ad quod fit relatio. Et licet etiam constet filium dicti Eymericī testatoris, nempe Raymundum de Centelles, mortuum esse sine sole aliquā, & sic fuisse factum locum substitutioni prædictæ in favorem dicti Gilaberti adiectæ, & etiam constet dictum egregium don Loachimū de Carròs, & de Centelles Comitem Quirre esse masculum per lineam masculinam descendentem ex dicto Gilaberto substituto domino, qui dicebatur Castri de Nulles: Attamen legitimè non inde deducitur cum dicto testamento dictum egregium Comitem Quirræ fuisse ad dictam hereditatem vocatum.

Nam constat filios dicti Gilaberti fuisse vocatos, & substitutos per modum vulgaris substitutionis in duobus tantum casibus; videlicet si Gilabertus non viueret, vel si hæres esse nollet. Et constat, eorum, neutrum casum habuisse locum: quia dictus Gilabertus deficiente linea filiorum dicti Eymericī testatoris, & vixit, & voluit esse heres, & sic constat post aditā hereditatē per cū, distas substitutiones expirasse, & habuisse ad suas voluntates dictam hereditatē præfatum Gilabertum, eius vero filios, nullū ius ad illam habuisse, propter defectū conditionis prædictæ: Dati enim sub certa conditione, sub contraria videtur adempium, & casus omnino omisssus pro omisso est habendus, & si testator voluisset comprehendere alii casum, quam per eum expressum, dixisset, & expressisset, quod autem non loquitur, velle non presumitur, & quod dicitur substitutionem extendi de cæsa ad casum ob fauorem ultima vo-

5

luntatis, intelligitur, ut testamentū subsistat, & valeat; vel quando concurrit voluntas testatoris: secus verò, si deficit, ut in praesenti casu. Nec fauor agnationis conservanda praeſus, ad rem facere uidetur, quia ille, casu quo per testatorem fuerit consideratus, habere locum tantum debet in casibus à testatore expressis, & consideratis, & non ultra substitutiones per eum adiectas, & maxime diversas, & separatas. Additur his quod etiam, & iterum substitutiones postea adiectæ, expirassent. Namque in dicto testamento, filio primogenito dicti Gilaberti, fuit datus substitutus sub condicione, si sine liberis decederet non peruenientibus ad ætatem perfectam. Et constat dictum Gilabertum, tempore mortis suæ, tres filios reliquisse; nempe Petrum, Eymericum, & Galcerandū, & dicto Eymérico donasse, & reliquisse honorem & Baroniam de Centelles, per ipsu[m] que, & per eius successores fuisse possessam dictā Baroniam, & illum fuisse defectum cum filijs, qui venerūt ad ætatem perfectam, & alios filios sibi procrearunt, à quo Eymérico descendit pars dicti egregij dō loachimi Carròs, & de Centelles Comitis Quirræ, & propterea constat, per existentiam dictorum filiorum, qui ad ætatem peruererūt, substitutionem prædictam factam dicto filio dicti primi Gilaberti, expirasse, nec illam extendi posse ad casum, ubi fuerunt filij: Quia decedere cum liberis, & decedere sine liberis, sunt casus omnino dissimiles, & contrarij. Ideoque unus sub alio non comprehenditur. Et per consequens constat omnes alias substitutiones post supradictas subordinatas factas in fauorem filiorum masculorum, graduum, & successione cum dicto onere deferendi nomen, & vexillum, similiter etiā expirasse, & euaneisse. Primo namque gradu perempto, omnes alij, tanquam limitati, deficiunt, & substitutionibus sequentibus non est locus, quando non euenerit conditio primæ substitutioni adiecta: Vbi enim prima deficit, euaneunt omnes sequentes, quæ à prima dependent. Accedit præcipue his, quod non constat dictum Eyméricum secundum filiū dicti Gilaberti, à quo descendit dictus Comes de Quir-

ra,

6

ra, fuisse filium primo natum dicti Gilaberti : imo constat pro parte sororum spectabilis dominæ Violantis à Cardona, & Centelles, & nobilis Ioannæ de Carròs, & Centelles in articulo 26. ex articulis pro earum parte oblatis, die 13. Septembris 1597. fuisse dictum & deductum ex dictis filijs Gilaberti, Petrum fuisse primogenitum, quem etiam constat fuisse heredem vniuersalem scriptum in testamēto dicti Gilaberti, acto die 14. Novembris 1365. & consequenter constat fuisse negatum, pro parte dictarum sororum dictū Eymericum fuisse primogenitum ; quæ qualitas iuxta dictā testamentariam dispositionem præfati Gilaberti antiquioris alleganda , & probanda erat per dictum egregium Comitem de Quirra, tanquam fundamentum suæ intentionis; præsertim denegata dicta qualitate per partem aliam dictum sororum sub forma prædicta. Ex quibus etiam constat, quod iam eo tempore , quo habuit locum substitutio posita in dicto testamento in favorem dicti Gilaberti , fuit intellectum, substitutiones ei appositas, evanuisse, & apud eum Baroniam de Centelles sine onere aliquo esse, & de illa per ipsum tanquam de bonis liberis disponere potuisse , ut & reuera disposuit , non tantum in dicto testamento suo: sed etiam in dicta donatione facta, die prima Ianuarij 1362. ponendo ibi vincula sibi bene visa, & donando dictam Baroniam filio suo, non expressa, nec cōsiderata qualitate, quod esset maior natu. Attento etiam licet in dicta donatione facta per dictum Gilabertum prædicto Eymerico secundo de Baronia de Centelles constat, donationem prædictam fuisse factam sub forma, & retinione, quod si dictus Eymericus decederet sine prole masculini sexus, de legitimo & carnali matrimonio procreata, vel etiam si filius masculus ipsi succederet, & ille sine filijs, aut filio masculo de legitimo & carnali matrimonio decederet, & sic de uno in aliud in infinitum descendendo, tali causa dicta Baronia ad donatorem reueteretur, vel in illum, vel illos, in quem, vel in quos ipse ordinasset, sicque ipsa Baronia in fæminam venire nequirit quoniammodo, & sic prætendatur, quod

quod in dicta donatione omnes filij dicti Eymerici donatarij nō  
 tantum sunt positi in conditione, sed etiam vocati, quia fuit pro-  
 gressum ad plures gradus substitutionem, nempe in infinitum.  
 Et sunt vocati semper masculi tantum, & exclusa fœmina. Et  
 sic videatur etiam donatorem habuisse rationem conseruande  
 agnationis sua, & propriea prætendat dictus Comes de Quir-  
 ria, tanquam descendens masculus ex dicto Eymerico donata-  
 rio per medianam personam alterius Eymerici filij dicti Eyme-  
 rici donatarii, propter mortem Grisoldi de Centelles, sine sobole  
 masculini sexus filij Gilaberti de Centelles iunioris, & nepotis,  
 sine ne filio dicti Eymerici de Centelles donatarij, quod in vim di-  
 eta donationis ad eum spectat dicta Baronia de Centelles. Ve-  
 runtamen, quia constat dictum Gilabertum antiquiore in  
 suo præchalendato testamento, acto die 14. Nouembris  
 1365. ordinasse, quod si dictus Eymericus donatarius moreretur  
 sine sobole, Baronia prædicta perueniret ad præfatum Galce-  
 randum filium suum, nullis alijs vinculis, aut substitutioni-  
 bus illi appositis, & constat dictum Eymericum donatariū  
 duos filios prædictos superstites reliquisse Gilabertum se-  
 cundum, & Eymericum tertium, & dictum Gilabertum  
 secundum, successisse dicto patri suo, decesseque unico  
 filio Grisoldo vocato, ipsum verò Grisoldum nulla sobole  
 relicta mortuum esse, & sic dictam Baroniam spectasse tunc  
 ad eum, ad quem dictus Gilabertus donator ordinauerat  
 in dicto suo testamento, nempe ad dictum Galcerandum  
 filium suum, si tunc temporis viuebat, vel habuisse ad suas  
 voluntates dictam Baroniam dictum Grisoldum, si dictus  
 Galcerandus non viuebat, respectu dictarum saltēm dispo-  
 sitionum, à quo Galcerando non constat, nec prætenditur  
 descendere, nec ius habere dictū Comitem de Quirra, neq;  
 aliquam sobolem illius superstitem fuisse. Dictas autem  
 substitutiones in dicta donatione appositas, constat, fuisse tantū  
 factas limitate filio masculo, qui succederet dicto Eymerico pri-  
 mo donatario, qui fuit dictus Gilabertus secundus, non autem  
 alijs filijs dicti donatarij, a quo ut est dictum, descendit dictus

egre-

8

egregius don Ioachimus Comes de Quirra, & ratio conservanda agnationis, si aliqua fuit, exclusioque feminarum etiam hic intelligenda erit, ut supra est dictum in testamento Eymerici antiquioris, scilicet in casu substitutionis adiecta, & non ultra illum, aduenienteque casu a donatore expresso, & non alias: namque considerationem agnationis, neque in dicto testamento Eymerici, neque in dicta donatione Gilaberti; saltem non fuisse habitam indefinite ad omnes masculos constat, sed ad specificatas, & sic si aliqua fuit, illa eorum personas egredi non debet, nec inducere fideicommissum quo ad alios: imo illis masculis, qui nominati fuerunt, deficienibus, illico fideicommissum ipsum expirasse dicendum est, respectu praesertim dictae donationis, quae stricte est intelligenda, & nullatenus ampliada, cum simus in dispositione facta inter viuos, & in contractu, & etiam quia donator in fine dictae donationis voluit, & ordinavit adueniente casu, quod dictus Eymericus, vel eius filius, qui succederet in dicta Baronie morentur sine filiis masculis, dicta Baronie ad se reuertetur, vel ad quem, ordinasset, ordinavit autem in dicto suo testamento, ut supra est dictum, venire dictam Baroniam praedicto Galcerando nullis ibi adiectis illi vinculis, vel substitutionibus aliquibus. Quibus, & alijs meritis processus attentis, & alias, fuit conclusum, quod declaretur in vim dicti testamenti Eymerici de Centelles antiquioris, nec dictae donationis factae per dictum Gilabertum etiam antioquiorem, seu substitutionum in illis appositarum, ius aliquod non competere praefato egregio Ioachimo de Carròs, & de Centelles Comiti de Quirra, ad possessionem dictae Baronie de Centelles: imo illi imponendum esse silentium quo ad praedictum ius per eum praetensum ad dictam possessionem vigore dicti testamenti, & dictae donationis, non obstantibus declaratione animi per eum facta die 19. Octobris 1587. quod intendebat dictam Baroniam possidere etiam in vim vinculorum antiquiorum, & alijs quibusunque in contrarium deductis, allegatis, & probatis.

Suquefo que van las clausulas adonde esté la dificultad  
ad longum testa la materia discorrida largamente,  
Se podria comunicar a los Abogados que tiene su Exa.  
en Zaragoza para que con esto se acuerde mejor en el  
servicio y conveniencia de su Exa.

D

Don Luis de Centelles el antiguo en su testamento que  
hizo a los 24. de mayo 1629. despues de la muerte  
de Dona Toda su muger hizo heredero suyo a Don  
Guillermo Ramon su hijo y faltando dicho Don Gui-  
llermo Ramon instituyo a sus hijos varones Legitimos  
y naturales el primogenituro de aquelllos y despues a los  
demas de los unos a los otros sucediendo siempre entre ellos  
el orden de primo genitura, y muriendo dicho Don Gui-  
llermo Ramon sin hijos Legitimos y naturales, o con  
tales que muriesen en edad prencipiar, o despues en qual-  
quier tiempo sin hijos Legitimos y naturales hijo herede-  
ro el otro hijo varon de dicho Don Guillermo Ramon,  
inmediatamente siguiente y el promuerto a sus hijos va-  
rones sucediendo siempre orden de primogenitura entre  
ellos, y faltando todos los hijos de dicha Don Guillermo  
Ramon en dicha forma substituyo a otros y al ultimo  
de ellos a Dona Francisca su hija Segundo y el promuerto a sus  
hijos varones primero al primogenituro y despues los de-  
mas consecutivamente hasta el ultimo sucediendo entre  
aquehos orden de primogenitura partiendo por todos  
uno despues del otro y por los hijos de aquehos varo-  
nes sucediendo entre ellos orden de primo genitura asig-  
nado a ellos y a qualquiers de los hijos, nietos, y bisnietos  
varones en favor de los mismos, e de los otros semejan-  
tes y tantas substitutiones que los concernigan y quales  
y quantas hizo y puso en favor de dicho Don Guillermo

Ramon Y hijo Y nietos de aquell Y en caso que no tuviese  
 Se hijos ni nietos varones de dicho Don Serafin, o los avia  
 Y nosfueren herederos suyos, morian en la forma sobre-  
 diha en dichos Casos Y quelquier de ellos aquello substituyese  
 a Don Enriquio otro hijo suyo, Y el sucesor a sus hijos  
 varones queriendo que sucediesen en la forma sobredicha  
 Y heredando entre ellos la orden de primogenitura Y que  
 fuesen repetidas en las personas de aquellos todas las  
 Substitutiones Y vinculos que havia puesto a los de-  
 mas hijos suyos Y hijos Y nietos Y hermanos de aquello  
 Y en defecto de todos los sobredichos hijos Y herederos  
 de aquellos varones se hazienda viniese a hijos de  
 dicho Don Guillermo Ramon Y a los hijos suyos si  
 los abria Y sin a los hijos de Don Serafin su hijo Yer-  
 defecto de ellos a los hijos de Don Enriquio que pasando Y  
 dierviendo de las unas a las otras Y hermandando entre ellas  
 el orden de primogenitura que quiso se fuese entre  
 Los hijos varones Y descendientes de aquellos queriendo  
 que con ellas Y quelquier de ellas fuesen repetidas todas  
 las substitutiones Y vinculos puestos en las personas  
 de sus hijos Y herederos de aquello queriendo Y ordenando  
 que en caso que a su herencia Y bienes sucediesen hijas  
 de alguno de sus hijos Y descendientes de aquello que los  
 descendientes de dichos hijos se huiesen de nombrar  
 Con nombre de Cencellos Y tomar sus armas.

Mario el refundor Don Luis despues a sus tres hijos Don  
 Guillermo Ramon Don Serafin Y Don Enriquio, Don  
 Guillermo Ramon leyo a Don Luis hijo primogenito  
 a Don Bernardo Y a Dona Juana Y a Dona Violante,  
 el Don Luis murió sin hijos queriendo ja primero muerto  
 Don Bernardo Y asi mismo cuando murió ja Don  
 Serafin deixando a un hijo llamado Don Joaquin el qual

posecio la herencia y bienes de Don Luis refador su  
 abuelo hasta que murió sin dejar hijos algunos  
 Don Enrique tener hija de Don Luis refador murió sin  
 hijos varones quedando solamente a una hija llamada  
 Doña Toda Y así por faltar a la herencia los hijos  
 del refador y haber faltado así mismo los hijos de  
 aquello sin dejar hijos varones quedaron en el  
 coniulo las hijas de Don Guillermo Ramón primer hijo  
 Ramadas en primer lugar que fueron Doña Juana hija  
 primogénita y Doña Violante la qual Doña Juana  
 o sus acuadores introdujeron la causa y después la  
 prologio Don Raymundo de Blanes Conde de Centelles  
 hijo de Doña Toda hija de dicho Don Enrique y nieta  
 del refador por haber tenido el dicho coniulo lugar en  
 su favor por haber muerto las dichas Doña Violante  
 y Doña Juana sin hijos cuyo coniulo se dolió ya a  
 su favor con sentencia o declaración hecha por el lugar  
 viiente de su Principado del Consejo del Regente la  
 Real Chancillería a 1<sup>o</sup> de enero 1622. Y con otra el año  
 en la Real Audiencia a 1<sup>o</sup> de mayo 1624. Y después de  
 muerte dicho Don Raymundo la prologio Doña Juan  
 Blanes Conde de Centelles su hijo y de su mujer la Con-  
 desa de Centelles viuda

Don Luis segundo hijo de Don Guillermo Ramón fue  
 el que vendió las baronías de Canovas y Samalús a  
 Geraldo Benito Raudel a quien quedó Rafael Raudel  
 su hijo que siendo vendió dichas baronías a mi señora Doña  
 mariana de Carros y de Lenor viuda desada de Don  
 Joaquín de Carros Conde de quiera a quien quedó el  
 cargo de Duque de Juar

Almenigas 16  
de Centelles

Gratibus  
Centelles  
Cristobal  
de Centelles  
Sra.

Dr. de Centelles

Dra  
Luis de  
Centelles

Dra  
Toda de  
Centelles

Ondes

de Guerra

Dr.  
Quiñon  
Ramon  
de Centelles  
y de Pinos

Dr.  
Verazin  
de Centelles

Dr.  
Enrique  
de Centelles

Dr.  
Luis  
Carros  
y de Centelles

Dra  
Juana  
de Centelles

Dra  
Fernante  
de Cardona  
y de Centelles

Dr.  
Castella  
na  
de Mira  
guera  
Venezia

Dr.  
Joaquin  
Carros  
y de Centelles

Dr.  
Ximena  
de Centelles

Dra  
Ximena  
Carros  
y  
de Centelles

Dra  
Maria  
de Centelles

Dr.  
Cherubin  
de Centelles

